

ASTRONOMIA

ASTRONOMIA (GRAECE $\sigma\tau\eta\rho$ 'STELLA' + $\nu\acute{o}\mu\omicron\varsigma$ 'LEX') VEL SCIENTIA SIDER-
ALIS EST VETERRIMA SCIENTIA NATURALIS, SUMMA OMNIUM DISCI-
PLINARUM EXACTARUM QUAE UNIVERSUM, QUOD EXTRA PLANETAM NOS-
TRUM EST, INVESTIGANT. HAEC SCIENTIA HODIE A METEOROLOGIA ET CLI-
MATOLOGIA DISTINGUITUR, QUAE PRAESERTIM ASTRORUM VIS ET EFFECTUS
IN CAELUM NOSTRUM INVESTIGANT, QUAMVIS IMPETUS AD STELLAS INTEL-
LEGENDAS PRIMITUS FUERAT, UT AGRICOLAE TEMPUS ANNI SERENDO,
PLANTANDO, MESSSEM FACIENDO IDONEUM SCIRENT.

ASTRONOMIA ETIAM DISTINGUITUR AB ASTROLOGIA, ARTE QUAE FUTURUM
HOMINI CUIDAM AB ASTRIS ET ALIIS INDICIIS MUNDANIS DIVINARI CONA-
TUR. AT ASTROLOGIA ASTRONOMIAM COMPLECTI VIDETUR, ET ASTROLOGI
SICUT CLAUDIUS PTOLEMAEUS PRIMUM INDAGAVERUNT LEGES ASTRONOMI-
CAS QUIBUS FUTURAE POSITIONES PLANETAE, SIDERA, ET CAETERA
CAELORUM COMPUTENTUR.

PHYSICA ET ASTRONOMIA LONGE TAM SIBI ANNIXAE SUNT UT PRIMITUS
PHYSICA IDEM AC ASTRONOMIA PUTARI POTUISSET. PHYSICI FUERUNT QUI
THEORIAS COMMINSERUNT, QUIBUS MOTUS CORPORUM CAELESTIUM
EXPLICATUR ET CALENDARIA ACCURATIUS FACIANTUR, ET NOVAS METHO-
DOS EXCOGITAVERUNT STELLAS OBSERVANDI PER RADIATIONES EORUM.
GALILAEUS GALILAEI ANNO 1609 TELESCOPIUM INVENIT QUO PLANETAS
ET LUNAS PRIMUM ACCURATIUS OBSERVAVERIT INDICIA REPERIENS EOS
MONTIBUS ET VALLIBUS PRAEDITOS SIMILES ESSE TELLURE. ISAACUS
NEWTONUS MAGNOPERE ASTRONOMIAM TUNC ANNO 1687 PROTULIT, CUM
LEGES MOTUS NEWTONI COMPERIT, QUIBUS MOTUS OMNES PLANETARUM
NOSTRI SYSTEMATIS SOLARIS ADUMUSSIM MATHEMATICE CALCULATI
ESSENT, SECUNDUM EASDEM LEGES QUAE RES COMMUNES MUN-
DANAEQUE SEQUUNTUR. ANNO 1921 ALBERTUS EINSTEIN CALCULATIO-
NES ASTRONOMICAS AD UNIVERSUM TOTUM PORREXIT, NOVA FUNDAMENTA
DONANS COSMOLOGIAE, CUM RELATIVITATIS GENERALIS THEORIAM
REPERIT, UNIVERSI EXPANSIONEM AB EDWINDO HUBBLE OBSERVATAM EX-
PLICANS.

SAECULO VINCESIMO NOVA ASTRONOMIAE AETAS COEPIT, CUM ANNO
1969 ASTRONAUTAE AD LUNAM NAVIGARENT ET HOMINES PRIMUM
MITTERET RUCHETAS NOMINE VOYAGER PRAETER SYSTEMA SOLARE, ET
MULTA ALIA AUTOMATA UT SYSTEMATIS SOLARIS PLANETAE SCRUTENTUR.
HODIE MAGNA ASTRONOMIAE PARS ORIGINES, EVOLUTIONEM ET INGENIA
PHYSICA CHEMICAQUE CORPORUM CAELESTIUM INTELLEGERE QUAERIT. AD
FINEM ILLUM SCIENTIFICI PRAESERTIM RADIATIONEM ELECTROMAGNETICAM
ET RADIATIONEM PARTICULARUM ET EXEMPLA LAPIDUM EX ALIIS CORPORI-
BUS CAELESTIBUS INVESTIGANT.